

Haltebaldus^{a)} archiepiscopus coloniensis xx.

Vicesimus^{b)} rexit^{c)} episcopalem cathedram coloniensis ecclesie venerabilis presul Haltebaldus, seditque sub Ludovico I. imperatore supradicto ^{14]} annis 12 habet solus cod. 4 cat. III, reliqui rectius 22 (819-842).

Guntarius^{f)} pontifex coloniensis xxi.

Vicesimo primo loco ordinatus est in archiepiscopum coloniensis ecclesie^{g)} Guntarius sedens in cathedra pontificali sub Ludovico II. et Lothario I.^{h)} fratribus imperatoris Romanis. Cuius quidem Guntarii sororem dictus Lotharius habuit concubinam nomine Waltradam^{k)}.

Cum igitur idem Lotharius imperator voluisset dimittere uxorem^{l)} legitimam^{nomine} Thebergam^{m)} et eidem superducere in matrimonium Waltradamⁿ⁾ concubinam supradictam, falso composuit contra dictam uxorem imponens eidem crimen incestus, et sententia huiusmodi fuit per dictum Guntarium fratrem Waltrade^{o)} nec non The- rigaldum^{p)} archiepiscopum^{q)} Treverensem synodali auctoritate confirmata. Causa autem huiusmodi ad audienciam domini^{r)} pape videlicet Nicolai^{s)} primi delata et falsitate comperita depositi fuerant ambo coloniensis et Treverensis archiepiscopi memorati per Nicolaum papam supradictum. Cuius quidem depositionis sententia ponitur in decret. XI. q. III in c. Therigaldum^{t)} et II. q. I. in c. Solus^{u)} et can. XXI. quæst. 1. caus. 2. et can. XCVI. quæst. 3. caus. 4.

Wilbertus coloniensis pontifex xxii.

Vicesimus secundus accessit ad sedem pontificii coloniensis ecclesie^{v)} sedens sub Carolo III. qui dicebatur iunior^{w)} fuitque nepos Ludovici primi cognomento^{x)} pii^{y)} atque sub Arnolfo^{z)} imperatoribus venerabilis archiepiscopus Wilbertus^{aa)} annis 20, qui dedicavit^{ab)} ecclesiam s. Petri in Colonia antiquam, in qua ipse idem habuit sepulturam^{ac)}.

+ add. 6: vel Hadebaldus annis 12, a. d. 863. + add. 5: a. d. 870. + + add. 5: a. d. 889.

a) Haltebaldus 2. b) Vicesimo loco 4.4.4. c) rexit deest 4.4.4. qui post ecclesie add. adeptus est. d) Lodov. 2. Lodew. 3. e) predicto 4.4.4. f) Gunt. 1.4.4.4. g) coloniensem 4.4.4. h) I. 4.4. i) Rom. imp. 2. k) Waltradam 3. l) Feb. 2.3. m) Waltradam 3. n) Waltheide 4.4.4. o) Terig. 2.3. p) episcopum 4.4.4. q) domini 4.4.4. r) Nicolai 2. s) Terug. 3. t) sive gnos- sus add. 4.4.4. u) cognominato 1.4.4.4. v) pio 4. w) Arnolfo 1.2. x) Hylb. 1. y) reedificavit 4.4.4.